







1784, 14

15

DE  
PRAESCRPTIONE  
LITISPENDENTIAE

TVM  
GENERATIM, TVM IN SPECIE  
QVATENVS IN SVPREMIS IMPERII TRIBV-  
NALIBVS VSV SERVARI  
POTEST.

P. 469

DISSERTATIO INAVGVRALIS  
QVAM  
SVB AVSPICIIS REGIIS  
CONSENTIENTE ICTORVM ORDINE ILLVSTRI  
IN ACADEMIA  
GEORGIA AVGVSTA


PRO  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS ET  
PRIVILEGIIS RITE OBTINENDIS  
ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

AVCTOR  
DANIEL SCHÜTTE

BREMANVS.

DIE VIII. MAII MDCCLXXXIV.

GOTTINGAE,  
Typis IOANN. CHRISTIAN. DIETERICI  
ACADEM. TYPOGR.





18  
PRÄSCRIPTION  
LIVRE PÉNITENTIALE

LENNING, F. L. V. S. R.  
DE LENS IN SUEDEN & IMPERII PARTI  
NATIVVS ANNO 1744  
TOCTI

DISSELTATIO INAEVRYA IS

DE VASTIOTIS REBUS  
CAUSIS ET REPERIENDIS  
ANNO 1744  
GEORGII A. G. S. Y.

FRANCO IN WITTOVAE HONORATVS  
PHILOSOPHIAE DOCTOR  
EXDITORIAE LIBRARIJ SVMMITTI

FACTO  
D. A. N. I. S. C. H. V. I. T. E.

ANNO  
DIE VII MAII MDCCXLV.

GOTTINGAE  
J. H. W. D. A. N. N. C. H. R. I. S. T. I. A. N. I.  
ACADEMIAE LIBRARIJ





INCLYTAE  
LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII  
AC HANSEATICAЕ CIVITATIS  
BREMENSIS

SENATVI  
SPLENDIDISSIMO  
VIRIS

*PERILLVSTRIBVS, MAGNIFICIS,  
EXCELLENTISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,  
AMPLISSIMIS*

DOMINIS  
CONSVLIBVS

DOMINIS  
SYNDICIS

DOMINIS  
SENATORIBVS





PATRIAE PATRIBVS  
RELIGIONIS, LIBERTATIS, ET IVSTITIAE  
PROPVGNATORIBVS

MVSARVM TVTORIBVS OPTIMIS  
PATRONIS AC FAVORIBVS SVIS  
INDVLGENTISSIMIS

PERENNEM FELICITATEM FAVSTISSIMOSQVE  
SAPIENTISSIMORVM CONSILIORVM  
SVCESSVS

PIE APPRECATVR

SIMVLQVE

HAS STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS  
SACRAS FACIT  
TANTORVM NOMINVM

CVLTOR OBSERVANTISSIMVS  
AVCTOR.





## ARGVMENTVM LIBELLI.

Scriptiois excusatio.

### CAPVT I. *de litispendentia generatim.*

Vocabuli litispendentiae notio. §. 1.

Status litispendentis, vel incoepti tantum vel perfecti, in vniuersum consideratio. §. 2.

*Singulatim* 1) ex principiis rei iudiciariae Romanae. §. 3.

2) ex principiis iuris canonici. §. 4.

### CAPVT II. *de praescriptione litispendentiae ex iure Romano et canonico.*

Effectus litis contestationis, quod per eam actiones perpetuentur

a) Secundum ius vetus. §. 5.

b) Secundum ius recentius, ex constitutione cum Theodosio Iustitiani imp. §. 6.

*L. fin. C. de praescript. XXX. vel XL. annorum*, a) explicatio

1) Quando praescriptio litis quadragenaria procedat. §. 7.

2) An omnes actiones post lit. contest. in XL. annos extenduntur. §. 8.

b) Vfus eius legis 1) iure romano non sublatus: Voetii contraria sententia recensetur. §. 9.

Et refellitur. §. 10.

2) Ex iure canonico. §. 11.



---

**CAPVT III.** *de usu praescriptionis litis, praesertim hodierno in supremis imperii tribunalibus.*

Praescriptio litis cessante eius causa non currit. §. 12.

Causa praescriptionis cessat, si iudex inter litigantes ius dicere nequit. §. 13.

Multitudo causarum, quae in supremis imperii tribunalibus pendent. §. 14.

Sollicitationis inuentum, ut lis ad finem perducatur, frustra a litigantibus plerumque adhibetur: interdum eo uti non possunt. §. 15.

L. vlt. C. de praescript. XXX. vel XL. annorum, in supremis imperii tribunalibus in usu non esse, probatur. §. 16.

---



---

## PRAEFATIO.

---

**Q**uum sapientissimi legum Romanarum conditores, vario modo, diuersisque consiliis cauere voluerunt, ne litium expeditiones, vel calumniosa litigantium protelatione, vel eorum culpa ac negligentia in secula protraherentur: tum imprimis a IVSTINIANO imp. constitutum est *a)*, vt lis, ex qua nouissima processit cognitio, postquam

*a)* l. vlt. C. de praescript. XXX vel XL annorum.



quam vtraque pars cessauit, quadraginta annorum decursu, praescriptione perimeretur.

Quod quamquam antiquae rei iudicariae apud Romanos rationi apprime conuenire videtur: dubitarunt tamen virorum doctorum nonnulli, ex quibus L. B. DE CRAMER *b)*, et PÜTTER *c)*, duumuiros nemini in hoc doctrinae genere facile secundos, honoris causa nominabo, an laudata IVSTINIANI constitutio hodie in supremis imperii iudiciis ob mutatam rei iudicariae formam vsu seruari possit. Quae sententia vero, quum accuratiore disputatione, quam clarissimi illi Icti, cum lectoribus instituere tunc voluerunt, digna esse videatur, et non vile eius rei momentum sit: non dubitauimus, nostras de hoc  
argu-

*b)* in Observation. iuris vniuers. Tom. I. P. I. Obs. 445. p. 12.

*c)* in den auserlesenen Rechtsfällen 1r Band S. 502.



argumento cogitationes in libello publici iuris  
facere, quem sane non inclarescendi aliquo  
pruritu, sed pro recepto in academiis more,  
iam edimus.

Cogitanti mihi autem singularis legis, ex  
corpore iuris Romani, quo hodie per Ger-  
maniam utimur, probare non usum, et in  
ea re accedenti summorum virorum opinioni,  
non verendum esse videtur, ne temeritatis  
aequus harum rerum aestimator nos accusa-  
turus sit, et de eo nos admoniturus, vnam  
illam incerti saepenumero iuris hodie in Ger-  
mania esse causam, quod legum, quibus  
utimur, auctoritas ac usus, nonnunquam in  
dubium temere vocatur *d*). Quanquam  
enim

*d*) quod argumentum nuper excussit consultissimus **Weber**  
in den Reflexionen zur Beförderung einer gründlichen Theorie  
vom heutigen Gebrauch des Römischen Rechts. Würoz 1782.



enim certissimi iuris sit regula *e*), et ex ipsis rerum argumentis depromta: quidquid specialiter non est mutatum, id veterum legum et constitutionum regulis relictum esse, omnes intelligere debent: si quis tamen in materia processus eam semper adhibere, vsuque omnes leges peregrinas, specialiter nondum abrogatas obseruare velit, nae is rem peruersam acturus, et quadrata rotundis commixturus sit. Immo vt in hoc argumento GEISLERI, fautoris plane singularis, et vtinam etiam praeceptoris, verbis utar *f*): penetrandum est in causas rerum, cognoscenda principia, vnde quodque ducatur, atque ab his quasi extruendum aedificium aliquod, in quo habitet. --- Quo facto, admonitione, quam apud VVLTEIUM, lectum consummatissimum, plus

*e*) l. 32. C. de appellat. l. 27. C. de testament.

*f*) in praefat. ad libellum primum de Landfaffiatu.



plus vna vice occurrere meminimus, commode carere possumus: vsum nempe hodiernum iudiciorum obseruandum potius esse, quam discendum.

Lectores caeterum, si qui erunt, enixe rogamus, vt boni et aequi iudices nobis esse, nobisque aliquid indulgere velint, qui de hoc scriptiuncula meditantes, tristissimo aliquo fato experti fumus, quod CICERO g) ait: neque occupata opera, neque impedito animo rem alicuius momenti suscipi posse; vtrumque opus esse, et cura vacare, et negotio.

Totius autem disputationis tria capita faciam: quorum *primo*, de litispendentia, cum iure ciuili romano, tum iure canonico constituta

g) de legibus. lib. I. cap. 3.



---

stituta quaedam praemittam: *altero* quando ex iure romano, praescriptio litispendingis procedat, disquiram: *tertio* denique, an illa praescriptio, stylo summorum imperii tribunalium, inprimis augustissimae camerae imperialis, conueniat, disputabo.

---



---

CAPVT. I.  
DE LITISPENDENTIA GENERATIM.

---

§. I.

*Vocabuli litispendingiae notio.*

**L**itis vocabulum duplici potissimum sensu, apud Romanos accipitur; primo nihil aliud est, nisi obiectum, seu res, de qua inter litigantes coram iudice disceptatur: vnde pecunia, de qua iudicium est, lis apud CICERONEM a) dicitur: et *litem aestimare* b) quod fit, cum summa fit, omnis eius pecuniae, de qua iudicium est. Eadem significatione legibus ciuilibus dicitur, quod *litis aestimatio* similis sit emtioni venditioni c), et quod is, qui litis aestimationem suffert,

a) in Orat. pro C. Rabirio Postumo cap. 4.

b) Orat. pro A. Cluentio cap. 41. in Verrem act. I. cap. 13.  
v. ERNESTI clavis Ciceroniana v. lis.

c) L. 3. D. pro emtore. L. 7. §. 1. de publ. in rem act.



fuffert, emtoris loco habendus fit *d*); et POMPO-  
NIVS *e*) venditorem vini, per quem mora facta fue-  
rit, quominus traderet, tanti condemnari oportere  
docet, quanti pluris eo tempore fuit, quo *lis in con-*  
*demnationem* deducitur. *Altero*, eoque magis sole-  
mniori sensu *litis* vocabulum transfertur, ad ipsam  
cauffae litigiosae coram iudice disceptationem *f*); hinc  
lites priuatae sunt cauffae priuatae apud CICERONEM *g*);  
vnde etiam omnem actionem significat, quae *litis*  
caussa intenditur, siue in rem, siue in personam sit *h*).

Accurate tamen Romani, vt in his paululum sub-  
sistamus, *litis* et *controuersiae* vocabula distinxerunt.  
Controuersia est inter litigantes, simul atque actio  
intentata est: *lis* vero demum post *litis* solemnem  
contestationem *i*). *Lis* igitur ante *litem* contestatam  
abusiue et improprie dicitur *k*).

## Voca-

*d*) L. 22. pr. D. De actione rerum amotarum. L. 8. D. de eo  
quod certo loco.

*e*) L. 3. §. 3. de act. emt.

*f*) L. 65. §. 1. De. cond. indeb. L. 22. §. 3. de iure fisci L. 21.  
de rebus cred.

*g*) de finibus bonor. et malor. L. 2. c. 12.

*h*) L. 36. D. de V. S.

*i*) L. 25. §. 7. D. de her. pet. *Hoc ideo adiectum, quoniam*  
*post litem contestatam omnes incipiunt malae fidei possessores*  
*esse: quinimo, post controuersiam motam.*

*k*) ZANGER de except. P. I. c. I. n. 13.



Vocabulum *pendere* a nemine quidem non intelligitur: annotandum vero est, in iure eius significationem esse, tum id, quod incepit iam existere, et adhuc durat *l)*, tum id, quod est in suspensio, ideoque actu nondum est, sed differtur *m)*.

Quare *lis pendens* est lis in iudicio coepta, sed nondum finita: *litispendingia* autem, status litispendingis, qua talis.

§. 2.

*Status litispendingis vel incepti, vel perfecti, in uniuersum consideratio.*

Quum multi et varii generis sunt effectus litispendingiae; ex natura rei duplex illius status periodus quasi cogitari potest: lis pendens enim est, vel inchoata, seu incepta tantum, vel perfecta et absoluta. Prius necessario, uti putamus, efficitur, primo actu, quem iudex competens, ut controuersia aliquando legitima decisione terminetur, suscipit: posterius non contingit, nisi quum reus iudicium cum actore actu suscipit. Vti enim pugna singularis, seu *duellum*, quo barbaro vocabulo barbaram rem hodie

A 2

appel-

*l)* v. tot. tit. si pendent. appellat. mors interuenerit.

*m)* §. 5. Inst. quibus modis P. P. soluitur. l. 24. c. de donat. inter virum et uxorem.



appellare solent, prouocatione quodammodo iam incipit; sed ipso pugnantium inter se certamine demum perficitur: ita eodem modo res in controuersia iudiciali se haberi videtur.

Quodsi accurate, vti debuissent quidem, obseruassent viri docti; haud scio, an controuersiae de initio litispendingiae saepenumero agitatae, quum aliud id esse ex iure Romano, aliud ex iure pontificio putarent, non faciliori opera componi potuissent. Persuasum enim nobis, cum DEKHERO *n*) acutissimo lecto, habemus, neque ex placitis Pontificum, neque ex fori consuetudine, perfectae et omnibus numeris absolutae litispendingiae initium esse primam citationem, a iudice competente decretam, et rite insinuatam: sed eam demum induci, per litiscontestationem; quamquam verum esse puto, quod prima citatio et multos et plures effectus ex iure canonico habeat, quam in ius vocatio, secundum ordinem iudicarium apud Romanos, habere potuit. De quibus tamen singularim videndum est.

§. 3.

*n*) in vindictis pro veritate et iustitia rei iurisque cameralis.  
tit. 25. n. 46 p. m. 162.



## §. 3.

Singularim primum ex principiis rei iudiciariae  
Romanae.

Ex principiis enim iuris Romani in ius vocatio facit initium controuersiae, et iudicii late sumpti o), cuius rei praecipui effectus sunt, vt primum res in iudicium deducta citatione litigiosa fiat, ex iure recentiori saltem p), eiusque alienatio prohibita

A 3

fit,

o) §. vlt. Inst. de poenis temerar. litigant. L. 7. D. de inoff. testam.

p) v. Authent. Litigiosa C. de litig. cuius verba haec sunt: *litigiosa res est, de cuius dominio causa mouetur inter possessorem, et petiorem, iudiciaria conuentione, vel precibus principi oblatis, et iudici insinuatis et per eum futuro reo cognitis.* Nov. 122. c. I. v. HUBER praelectiones ad D. lib. II. l. 4. n. 14. p. m. 598. et PUFFENDORF introductio in processum ciuilem P. I. cap. 21. §. 3. p. 194. iure antiquo aliud obtinuisse et rem demum *litiscontestatione* litigiosam factam esse, videtur secundum PAPIANVM in L. 13. D. fam. erciscund. *alienationes* ait, post *iudicium acceptum interdicitae sunt*, exceptis tamen his, *quae vestitiorem causam et originem iuris necessariam habent*: quod disertius adhuc constitutum videtur in L. vn. C. de lit. cont. verbis: *Res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante iudicium reo cognita: inter litem enim contestatam, et editam actionem permixtum interest.*



fit *q*), reus autem alienans rem litigiosam, et is in quem alienatio facta, mulctentur *r*); deinde autem ut in ius vocatione, seu citatione, fori praeuentione inter concurrentes magistratus oriatur *s*), an vero ratione litigantium exceptio litispendingiae nascatur, nec reus post citationem insinuatam ad aliud tribunal citari ab auctore possit, licet auctor expensas refundere velit, dubium quidem nonnullis videtur, ob incertam l. ult. C. de in ius vocatione, auctoritatem *t*). Sed rem abunde probauit Perill. PÜTTER *u*) argumentis, cum ex aliis legibus, tum ex rei iudicariae apud Romanos ratione desumptis.

## A litis

- q*) Iure nouo, venditionem rei litigiosae ipso iure nullam esse, statuit FRANZKIVS lib. I. resolut. II. n. 61. sqq.
- r*) V. l. ult. C. de litigijs.
- s*) Quod omnino probatur ex C. 7. D. de iudicijs v. Perill. PÜTTERI diss. de *praeuentione* atque inde nata praescriptione fori cap. III. §. 18. seqq. in eius opusculis rem iudicariam imperii illustr. p. 60. sqq.
- t*) v. HUBER in praelect. ad D. lib. II. tit. 4. §. 19. p. m. 598. qui illam constitutionem ex Basilicis desumptam, non fuisse in Codice, annotauit, cum primum Iustiniani disciplina in orbe Christiano recepta est.
- u*) l. c. §. 19. p. 62. sq.



A litiscontestatione lis demum perfecte pendens dici potest; cuius forma solemnis, prouti cum iure veteri, tum subsequenter legibus paululum immutata apud Romanos fuerit, eleganter descripta est a celeberrimo WINKLERO x); ea actor litem facit, iudicium dicitur, reus accipit. A contestatione igitur lis quasi nata et edita est, adeo, ut subsistat: cum antea actor petere quidem velit, sed non petat y): quod eleganter summus CUIACIUS z) exprimit, *editionem futurae litis speciem demonstrare, contestationem litis iudicique initium esse*; et ante contestationem, lis inchoata, coepta a) seu praeparata b) dicitur; ex quibus etiam luculenter apparet, litis contestationem non in iudicio, sed in iure factam c), eamque finem eorum fuisse, quae in iure coram praetore peragebantur.

## §. 4.

x) in diss. de discrimine inter litiscontestationem iure veteri ac hodierno et utriusque effectus §. VII. p. 21. vi. etiam D. HASSE de litiscontestatione an et quatenus bonae fidei possessor per eam in malam fidem constituatur §. 10. p. 21.

y) L. 15. D. ratam rem haberi.

z) in obseruat. l. IX. c. 21. opp. Parisiis edit. Tom. III. p. 251.

a) L. 12. D. ex quibus causis maiores.

b) L. 7. in fin. D. de liber. caus.

c) v. WINKLER l. c. §. 3. p. 64.



*Deinde ex principiis iuris canonici.*

Alius quidem modus procedendi in iudiciis, imprimis quod ad citationem et responsionem rei infectam, ad petitionem ab actore propositam, *iure canonico* inualuit: et principia a Romanis bene et subtiliter excogitata, non satis, uti solent, distinxerunt Pontifices. Neutiquam tamen mihi persuadere possum, quod plurimis verum esse videtur, perfectam et omnibus numeris absolutam litispendingiam, a citatione legitime decreta, et rite insinuata, initium capere secundum placita Pontificum: id solummodo ex textibus vulgo adlatis probatum esse videtur, quod plures et maioris momenti effectus vindicauerint Pontifices citationi, quam romanae leges in ius vocationi tribuerunt. Ratione iudicis nimirum lis sola citationis commissione incepta ac inchoata habetur; ita, ut proposito citationis edicto ante mortem delegantis iudicis, post eam in causa procedere debeat delegatus *d*). Quoad litigantes, negotium litis quasi coeptum censetur *e*), postquam a iudice competente citatio emanavit, et ad partem citatam peruenit, vel per eam factum

*d*) cap. 20. X. de off. et potest. iud. del.

*e*) verba, quae in capite iam citato occurrunt.



factum fuit, quo minus ad eius notitiam perueniret *f*) neque tamen laudata haec constitutio, vti ex glossae, interpretatione ab aliis iam annotatum est, non dicit litem simpliciter pendere, sed restrictiue ad effectum prohibitaе innouationis.

Neque de alio, quam *praeuentionis* casu, intelligenda est Sanctio GREGORII IX. pontificis *g*), quae, quum ex L. 7. *D. de iudiciis* desumpta est, inde etiam explicari debet *h*).

Supersunt igitur plures etiam litispendingiae effectus, qui nec ex iure canonico a momento citationis rite insinuatae incipiunt: sed litiscontestatione demum efficitur, vt lis perfecte pendens dici possit: neque ad eo opus est, vt decisionem Lucii III. pontificis in cap. 19. x. *de officio et potestate iudicis delegati* posteriore aliqua lege, quae in subsequente cap. 20 *eodem* continetur, in totum abrogatum esse, putemus.

Vti etiam in legibus imperii, discrimen inter litem pendentem inceptam tantum seu, inchoatam, et perfectam,

*f*) clem. 2. vt lite pendente.

*g*) in C. 19. X. de foro competente.

*h*) v. Perill. FÜTTER l. c. §. 32. in opusculis p. 71.



fectam, ipsis verborum formulis expressum esse inuenimus: quum lites per citationem pendentes, *anhängig gemachte Sachen i*), litis contestatione autem subsequuta, *rechtsabhängige Sachen k*), vocantur; nec non annotante DECKHERO *l*), alia poena in litem pendentem ad aliud iudicium trahentem animaduertitur, aliisque iuris remediis experiendum, quam contra eum, qui, verbi gratia citatione vel mandato impetratis, ad aliud forum sese confert, vel iis denegatis alibi iustitiam implorauit.

Neque tamen pro scopo huius scriptionis nostrae opus est, vt ad singula exempla enarranda descendamus, quibus effectus absolutae litispendentiae, lite demum contestata, intelliguntur.

Ne res tamen omni exemplo carere videatur, in memoriam lectorum reuocamus, praescriptionem citatione quidem hodie interrumpi, sed litiscontestatione demum effici, vt actio ex delicto aduersus haeredes

i) Reichshofraths - Ordnung tit. II. §. 8.

k) R. A. 1654. §. 166.

l) Vindiciis pro veritate et iustitia rei cameralis tit. 25. n. 46.  
p. m. 162.



redes locum habeat *m*). Quae quum ita sint, firma manet regula iuris Romani: alios esse effectus litis contestationis, alios in ius vocationis *n*) licet in eo: quinam illi sint, et quales, non parum discrepat ius Romanum a iure canonico.

*m*) CARPZOV P. 4. C. 46. d. 6.

*n*) WESTENBERG in principiis digestorum lib. II. tit. 4. §. 52.

13. p. 97. VVLTEIVS de iudiciis lib. II. cap. 7. p. 419.

n. 171.



---

CAPVT II.  
DE PRAESCRIPTIONE LITISPENDENTIAE EX  
IVRE ROMANO, ET CANONICO.

---

§. 5.

*Effectus litiscontestationis, quod per eam adiones perpetuentur: a) Secundum ius vetus.*

Quum varii sunt in iure litiscontestationis effectus; maximaque inde actoris commoda oriuntur, ita, vt per litiscontestationem conditionem agentis meliorem fieri, in vniuersum legibus a) comprobetur: tum actiones postquam ab actore earum intentio, et ab utroque litigantium solemniter iudicii professio facta fuerit, quando temporis decursu periturae sint, diuerso modo pluribus de hac re exstantibus constitutionibus determinatum est, quas vt ordine chronologico cognoscamus ad veram earum mentem et applicationem indagandam, vt semper fere, perutile, immo necessarium esse videtur.

Notif-

a) L. 86. 87. D. de R. I. L. 29. D. de nouationibus.



Notissimum autem est, iure veteri omnes actiones civiles, vel perpetuas fuisse, i. e. sempiternas, et in aeternum duraturas *b)*, vel temporales, quibus certum praescriptionis tempus praestitutum erat: quo etiam earum pleraeque referuntur, quae uti IUSTINIANVS imperator rem exprimit *c)*, ex propria Praetoris iurisdictione pendent. Quae actiones temporales omnes, si litiscontestatione in iudicium deductae essent, ita perpetuae fiebant, ut ab hoc momento, nullo porro tempore interirent, sed in aeternum vigerent. Cuius rei testis est PAVLVS in libro nono responsorum: *d)* nam litiscontestatione et poenales actiones transmittuntur ab utraque parte, et IDEM *e)*: Quid enim si quae (actiones) tales sint, ut tempore aut morte intereant? quare non concedatur ei, litem contestando in TUTVM eas redigere. VLPIANVS VERO *f)* si is, inquit, qui temporaria obligatione mihi obligatus erat, detulerit iusiurandum, ut iurem eum dare oportere, egoque iurauero, tempore non

B 3

libe-

*b)* pr. Inst. de perpetuis et temporalibus actionibus.

*c)* l. c.

*d)* L. ult. §. 1. de fideiusforibus et nominatoribus, et heredibus tutorum et curatorum.

*e)* l. 24. pr. de liberali causa L. 29. D. de nouationibus.

*f)* L. 9. §. 3. D. de iureiurando vid. etiam l. 139. D. de Reg. Iur.



liberatur; quia post litem contestatam cum eo perpetuatur aduersus eum obligatio. Quod ideo introductum esse apparet, vt sua iura in tutum saltem redigant, quibus in praesenti non suppetit litigandi copia, lite contestata autem tantisper conquiescant, dum sit eis otium, et maior litigandi copia g). Neque sane vlla actio temporalis fuit, quae litiscontestatione in perpetuum non sit extensa. Etiam si enim actionem de dolo, quae iure recentiori intra biennium perficienda est h) cum aliis temporalibus actionibus quibusdam excipere voluerit, BRVNNEMANNVS i); subtilissimus tamen CVIACVS k) iam annotauit, quod omnes eiusmodi actiones litiscontestatione perpetuentur, licet tempus varie iure praestitutum sit, quo instantia litis, actione v. c. de dolo in iudicium deducta, pereat.

Duo casus autem sunt, quibus litiscontestatione non efficitur, vt actiones perpetuae fiant, quorum alter a legis necessitate quadam, alter a libera agentis voluntate

g) L. 1. §. 2. l. 2. D. de feriis L. 5. C. de off. Praef. v. CVIACIUM in obseruat. lib. 18. c. 29. p. 571.

h) l. ult. C. de dolo.

i) in Comment. ad Cod. lib. VII. tit. 36. ad l. ult. p. 645.

k) in obseru. lib. 18. cap. 29.



*voluntate pendet. Ille est, quem oratio DIVI MARCI l) expressit, qua cauetur, vt sententia, qua quis ingenuus pronunciatus fuerit, post mortem eius non liceat retractare: in tantum, vt etiam, si coepta quaestio fuit retractationis, morte eius extinguatur; hic vt actio in iudicio quidem coepta, pereat tamen, si actor longo silentio a lite destiterit, et in totum animum litigandi deposuerit m); quamdiu autem, vt illud obtineat, filere debet, legibus expressum non est: ideoque terminum triennii temere ab interpretibus acceptum esse, videtur o).*

§. 6.

b) *Secundum ius recentius, ex constitutione cum Theodosii, tum Iustiniani inpp.*

Posteaquam autem, vt ad argumentum nostrum redeamus, constitutio THEODOSII, siue SENIOR, siue IUNIOR ille fuerit p), omnibus actionibus, paucissimis exceptis,

l) in L. 1. §. 3. D. ne de statu defunctorum post quinquennium quaeratur.

m) l. 10. D. de iudiciis, et l. 2. D. in fine, de statu defuncti intra quinquennium.

o) quem tamen cum Accursio ipse CUIACIUS quodammodo probat in obseru. l. 18. cap. 29. p. 572.

p) de auctore enim non constat inter viros doctos: v. CUIACIUS in obseru. l. 18. cap. 26.



exceptis, quae perpetuae erant, praescriptionem XXX annorum opposuerit q) licet nomen perpetuarum actionum haud mutatum sit: eodem modo etiam actio contestata quidem, postea vero ultra XXX annorum terminum omitta, praescriptione praecludebatur. Quod deinde accuratius in *Novell. VALENTINIANI de episcop. iud.* ita definitum est, vt, distinctione introducta, an actio ante annos XXV contestata fuerit, vel postea, priori casu in alios adhuc XXX annos extendatur: posteriori autem in annos X duntaxat prorogetur r);

Novissima autem a IUSTINIANO Sacratissimo imperatore, XL. annorum spatium propositum est, intra quod lites iudiciali finirentur determinatione: cuius constitutionem, quae hanc in rem extat s), quum in ea explicanda toti occupati sumus, adscribere placet: *Saepe quidam suos obnoxios in iudicium vocantes, et iudiciali certaminibus ventilatis, non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita,*

q) in l. 3. C. de praescript. XXX. vel XL. annor. ipsam enim THEODOSII constitutionem non habemus.

r) Vid. omnino CUIACIUS de diuersis temporum praescript. et terminis cap. XXXI. Tom. I. opp. edit. cura Ann. Fabrotti. p. 550.

s) l. vlt. 9. C. praescript. XXX. vel XL. annor.



bita, propter potentiam forte fugientium, vel suam imbecilitatem, vel alios quoscunque casus (cum sortes humanae multae sint) qui nec dici, nec numerari possunt, deinde iure suo lapsi esse videbantur, eo quod post cognitionem nouissimam triginta annorum spatium effluerit, et huiusmodi exceptione opposita, suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem quae ex triginta annis oritur, in huiusmodi casu opponi minime patimur. Sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta, eam tamen in quadragessimum annum extendimus: cum non similis sit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui et postulationem deposuit, et in iudicium venit, et subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus praepeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, tamen suae posterioritati huius causae cursum eum relinquere posse definimus, ut eius heredibus, vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatium) ex eo numerari decernimus, ex quo nouissima processit cognitio, postquam utraque pars cessauit. Quod denuo confirmauit IUSTINIANVS noster in L. I. §. 1. de annali exceptione, verbis: iubemus omnes personales actiones — triginta annorum spatiis concludi: — — exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quae in iudicium deducitae sunt,

C

sunt,





*sunt, et cognitionalia acceperunt certamina, et postea silentio traditae sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo nouissimum litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgauit.*

## §. 7.

*L. ult. C. de praescript. XXX, vel XL. annor. explicatio:*

*1) quando praescriptio litis quadragenaria procedat.*

Duplicem autem potissimum huius legis sancientiae rationem habuisse imperatorem, apparet: alteram quidem, ne lites immortales essent, dum litigantes mortales sunt: alteram vero, ne prorsus aequali praescriptionis poena, negligentia seu culpa eorum coerceretur vnus, qui actionem instituere in iudicio praetermisit, et alterius, qui variis casibus et infortuniis forsan impeditus, iudicium semel susceptum ad finem perducere non potuit, qua in re imperator regulam iuris antiqui respexisse videtur: vt contestando litem conditio agentis deterior non fiat; quod satis innuunt verba in laudata constitutione: *cum non similis sit, qui penitus ab initio tacuit, ei, qui et postulationem deposuit, et in iudicium venit, et subiit certamina, litem implere per quosdam casus praepeditus est.*

Cum



Cum plura autem litis expediendae in iudicio sunt momenta, plures processus iudicialis quasi periodi, accurate ex legum argumentis definiam, quando post litis contestationem praescriptio litispendingis procedat.

Et primum quidem ante sententiam definitivam praescriptio quadragenaria locum solummodo habere potest. Nam si actio in iudicium deducta sit, et cognitione ac sententia iudiciali terminata, ita, ut executio sententiae tantum, superesset: ius, quod actor ex sententia natum persequi cessauerit; intra triginta annorum spatium cum ipsa actione iudicati, praescriptione extinctum erit. Quod cum ex argumentis aliarum legum, tum ex ipsis IUSTINIANI constitutionis verbis comprobatur: *Saepe quidam — — non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita, iure suo lapsi esse videbantur u).*

Deinde vero ante conclusionem in causa, lis declaratur a Iustiano perempta, temporis XL annorum decursu: nam si post conclusionem in causa cessauerit actor, cum non ultra per moram actoris, sed iudicis stare videatur, quo minus lis finem accipiat,

C 2

piat,

u) v. Perill. PUFFENDORF in obseru. iuris uniu. Tom. I. obs. CXVil. p. 309. et Tom. II. obs. CXIV. p. 450.



piat, non potest instantia in poenam actoris declarari perempta, sed potius eo casu ad litigantium petitionem, et iteratam iudicis superioris admonitionem, lis tota euocationis iure ad tribunal superius transferatur terminanda x).

Postremo autem, in ipsa legis formula expressum legimus, praescriptionis quadragenariae cursum non a litiscontestatione, sed ab eo incipere, quod vltimum in iudicio gestum fuerat, antequam caussa ab actore relinqueretur. Ab hoc momento currit tempus XL annorum continuo y); licet tamen illud conuentione in alios annos *definitos* extendere z): quicquid in contrarium sentiat, BRUNNEMANNVS a) alique, negantes, eiusmodi conuentionem validam esse, quum praescriptio quadragenaria propter publicam vtilitatem introducta sit.

## §. 8.

x) verbis vtor VOETII in commentar. ad D. lib. V. tit. I. §. 20

y) SCACCIA de appellat. Qu. 15. n. 339.

z) VOET. ad D. l. 5. tit. I. §. 149, D. SCHLÜTER de iure reuisionis ex pacto de retrouendendo praescriptioni obnoxio §. 17.

a) ad Cod. lib. III. tit. I. C. 13. RAVE de praescript. §. 167. p. 384. edit. EICHMANNI.



## §. 8.

*An omnes aēiones post litiscontestationem in XL annos extenduntur.*

Quod ad genus aēionum attinet, quae in iudicium litiscontestatione deductae, silentio autem postea omiffae, praescriptione quadragenaria perimuntur: sunt omnino, qui putant, constitutionem illam IVSTINIANI ad aēiones reales non pertinere, quum de personali tantum scripta sit. At primum quidem verbis illius legis aēiones reales a praescriptione quadragenaria non excluduntur: personalium enim aēionum mentio est facta, non in verbis dispositiuis, sed enunciatiuis tantum; quod ex sequentibus recte conficitur: *licet personalis aēio ab initio fuerit instituta, eum tamen in quadragessimum annum extendimus: et in Leg. I. §. 1. de annali except. exceptis omnibus aēionibus, licet personales sint, quae in iudicium deductae sunt, etc. etc. b).* Deinde vero, sententia eorum, qui negant praescriptionis quadragenariae vsum in aēionibus realibus, nec rāioni iuris conuenire videtur. Quamquam enim vscupatio olim litiscontestatione interrupta non est c);

C 3 post

b) CUIACIUS in obseru. l. 18. cap. 29.

c) L. 2. §. 21. D. pro emto: si rem alienam emero, et cum vscuperem eandem rem, dominus a me petierit, non interpel-



post eam tamen defensione ex longi temporis possessione uti non poterat is, cum quo actum est d), ita, ut ipsa usucapio, condemnatio si sequatur, inefficax sit e). Accedit, quod noua obligatio per litiscontestationem quasi ex contractu oritur, eiusdem generis, tam in reali f), quam in personali iudicio g), quae uti olim nullo tempore peribat, nunc ex nouissima IUSTINIANI constitutione post XL annos ab ultima cognitione praescriptione soluitur.

De

terpellari usucapionem meam litiscontestatione arg. l. 2. D. pro donato l. 14. D. fam. eriscund.

d) l. 18. 20. 21. D. de rei vind. l. 10. c. de acquir. vel. retin. possess. nemo ambigit, possessionem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio, et taciturnitate firmatur: *interpellatione vero et controuersia progressa* non posse eum intelligi possessorem, qui, licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione et causa in iudicium deducta, super iure possessionis vacillet et dubitet.

e) v. CUIACIUS in Paratit. ad D. titul. pro emtore l. 2. in fin. T. I. opp. p. 1147.

f) arg. l. 40. pr. D. de hered. pet. l. 20. D. de rei vind. l. 16. §. 4. de pignor.

g) l. 2. D. de usur. l. 38. §. 7. D. eod.



De caetero licet actionum quarundam praescriptio v. c. hypothecariae b) et earum quae sacrosanctis ecclesiis competunt i) XL demum annis perficiatur: nemo tamen, puto, temere assumet ex legum quadam analogia, illarum actionum, si in iudicium litiscontestatione deductae fuerint, durationem, in X annos plus solito, i. e. in L annos esse extendendam.

## §. 9.

*Vfus praescriptionis quadragenariae iure romano non sublatus: VOETII contraria sententia recensetur.*

Quae ad explicandam L. vlt. C. de praescript. XXX v. XL ann. sufficere quidem videntur. Superest vero discutienda quaestio, vtrum illa constitutio non ab ipso IUSTINIANO posteriori lege sublata sit et abrogata.

Ante IUSTINIANVM litibus finiendis terminos praescriptos iam esse, ex nonnullis vestigiis, quae hac de re in legibus occurrunt, conicere licet: causa criminalis intra annum terminanda erat k) an causae civili-

b) L. 1. 2. C. si aduersus creditorem L. 7. C. de praescript. XXX. vel XL. annor.

i) Nov. 131. cap. 6. Nov. III. l. vlt. C. de sacrosanctis ecclesiis.

k) l. 1. C. Theod. vt intra annum crimin. quaest. terminetur. L. 7. pr. D. de muner. et honor. hac autem lege, quae ab aliis hic laudatur, res vti videtur omnino non probatur.



tempus praestitutum fuerit, ob dubiam L. 15. §. 5. D. ad SCrum Turpillian. veram lectionem, certe non constat.

IVSTINIANVS accuratius, et introductis pro more suo multis inutilibus distinctionibus, rem definiuit; causas criminales *biennio* conclusit *l)*; deinde causas civiles ultra *triennium* natas post litem contestatam protrahendas esse, prohibuit *m)*; quasdam autem intra brevioris temporis spatium terminari iussit v. c. lites fiscales intra sex menses *n)*, causas naufragiorum intra annum *o)* aliasque, quas enumerare nunc superfedemus.

Hac igitur constitutione, quae ad lites civiles pertinet, (nam de termino causarum criminalium nunc non agitur) praescriptionem quadragenariam sublatam esse, nonnullis viris doctis, et inter eos subtilitissimo VOETIO placuit *p)* cuius pro hac sententia rationes, in ordinem aliquem naturalem disponentes, breuiter recenserebimus.

*Primum*

*l)* l. ult. C. ut intra cert. tempus. crim. quaest. terminetur.

*m)* l. 13. §. 1. C. de iudiciis.

*n)* l. ult. C. de iure fisci.

*o)* l. 2. l. 5. C. de naufragiis.

*p)* in comment. ad D. Lib. V. tit. 1. §. 55.



Primum L. 13. C. de iudiciis, qua caussis civili-  
 bus finiendis triennium praescribitur, tempore poste-  
 riorem esse saepius laudata L. vlt. C. de praescript.  
 XXX vel XL ann. putat vir doctissimus, ob duplicem  
 hancce rationem: alteram eam quidem, quod IULIANVS,  
 ad quem L. 13 data, praefectus praetorio fuit, LAM-  
 PADIO ET ORESTE consulibus, ideoque posterior DEMO-  
 STHENE, cui Lex vlt. directa est, fungente eo munere,  
 vti ex subscriptionibus aliarum legum colligere licet,  
 DECIO consule, vel IUSTINIANO iterum, alteram vero,  
 quod L. 1. §. 1. C. de annali exceptione subscripta  
 est XV Calend. Apr. *Lampadio et Oreste* consulibus,  
 L. 13 allegata vero VI. calend. apr. iisdem consulibus:  
 in illa autem lege laudat expresse IUSTINIANVS suam  
 de praescriptione quadragenaria litispendingis latam  
 constitutionem; vnde recte concludit, L. 13. poste-  
 riorem esse, et lege 1. §. 1. C. de annali except. et  
 lege vlt. de praescript. XXX vel XL annos:

Deinde causam et originem mutationis illius  
 factae inuestigans; in eo vtramque positam esse, pu-  
 tat VOETIUS, quod cursu actionum XXX annis du-  
 rante, et si in iudicium deductae fuerint, adhuc XL  
 annis, euenire potuisset, vt actiones totis septuaginta  
 fere annis viuerent; quare IUSTINIANVS cauere in  
 posterum voluerit, ne lites paene immortales fiant,

D. et



et vitae hominum modum excedant: et hanc suam mentem haud obscure expressisse videtur in §. 5. di-  
ctae legis 13.

*Denique* exemplo, quod in d. l. continetur, con-  
firmat suam sententiam vir doctissimus: minores ni-  
mirum §. ult. *caussa cecidisse* dicuntur, lite intra trien-  
nium per desidiam tutorum non terminata: *caussa au-*  
*tem cadere*, idem esse, ac *rem amittere*, ad testimo-  
nium prouocat ipsius IUSTINIANI in §. 33. l. pr. de  
actionibus.

§. 10.

*Et refellitur.*

Quamquam vero non leue harum rationum est  
momentum, et magna ipsius viri, qui docte et sub-  
tiliter eas proposuit, auctoritas: magis placet tamen  
contraria sententia, quae et CUIACIO q), BRUNNEMAN-  
NO r), STRYCKIO s), COCCHEI t), et pragmaticis scri-  
ptoribus fere omnibus u) probata est.

Fun-

q) Lib. IX. observ. 22. p. 252. et lib. XVIII. c. 29. de diuersis  
temporum praescript. et terminis. cap. 31. opp. Tom. 1.  
p. 54. 9.

r) in comment. ad C. lib. III. tit. 1. L. 13. pr.

s) in usu moderno ff lib. V. tit. 1. §. 16. p. 452.

t) in iure controuerso lib. 5. tit. 1.

u) quos recenset MARTINI in commentar. forensi ad processum  
Saxonicum tit. 16. n. 176. p. 747.



Fundata est nimirum legibus Romanis, non solum usu recepta distinctio, inter peremptionem instantiae, et exclusionem actionis, seu uti loqui nunc solemne est, inter *absolutionem ab instantia, et absolutionem ab actione*. Cuius rei testis locupletissimus, VLPPIANVS est x): qui, *circumducto edicto, ait, videamus, an amplius reus conueniri possit: an vero salua quidem lis est, verum instantia tantum eliciti perit? Et magis est, ut instantia tantum perierit, ex integro autem litigari possit.*

Quo recte, uti videtur posito, contra VOETIVM probare studebimus: ex nouissima IUSTINIANI constitutione, in causis ciuilibus instantiam quidem perimi lapsu triennii, sed non actionem ipsam, ita ut reus, actore per tres annos sua culpa quiescente ab obseruatione quidem iudicii sit absoluendus: verum actor refutis expensis in alia instantia litem mouere possit: et actio porrigatur, ab vltima cognitione, qua lis omissa est, vsque ad XL. annos, secundum L. vlt. C. de praescript. XXX vel XL annorum.

Cuius sententiae has rationes afferam:

Primum quamquam L. 13. C. de iudiciis, uti nunc concedam, recentior est L. vlt. iam allegata,

D 2

non

x) in C. 73. §. 2. D. de iudiciis.



non temere tamen accipiendum est, illa lege hanc abrogatam esse, si de mutata voluntate legislatoris ex certis indiciis, indubiisque signis, non appareat. Quod quum per se eo iam constat, quod vtraque lex in eodem repetitae praelectionis codice continetur: accedit praeterea vulgatum illud ex ratione legum ferendarum a IUSTINIANO vsitata desumptum, quod imperator constitutione posteriori, priorem ab ipso latam, mentione huius nulla facta, vel sine verborum inani strepitu, abrogare, nunquam solet. Verosimile itaque fere non videtur, IUSTINIANVM, qui tempus, intra quod actionibus in iudicium deductis praescribitur, ex triginta annis fecit ob fauorem actoris quadraginta annis constare, mox ad triennium illud reduxisse, consilii autem subito mutati causam atque originem non detulisse in notitiam subditorum, copiosa quadam narratione.

Deinde huic derogationi nec ratio conuenire videtur, a summo VOETIO allegata. Neutiquam enim euenire potuit, vt omnes actionis natae primum, deinde in iudicium intentatae, totis septuaginta fere annis viuerent; cadit enim id tantum in genus earum, quae perpetuae vocantur: illarum autem postquam in iudicium deductae sint, tempus ne quidem LXX annis praecluditur, quum non a litis contestatione, sed ab ultimo



ultimo in iudicio a litigantibus suscepto actu praescriptio quadragenaria incipit. Quod a VOETIO observatum esse non videtur. Neque a IUSTINIANO primum terminus liti finiendae praescriptus est: is addit tantum triginta annis a THEODOSIO constitutis, decem: quum ante THEODOSIUM actio post litiscontestationem nullo temporis lapsu extingueretur. Quid est igitur, cur periculofum IUSTINIANO videretur, quod per tot saecula antiqua iudicia probauerunt? et iniquum sane foret, actiones intentatas breui triennii spatio includere: recte enim a IUSTINIANO in ipsa l. 13. §. 1. C. de iudiciis pronunciat: *Si iudex noluerit, nullus tam audax inuenitur, qui possit invito iudice litem protelare.*

Tum etiam l. 13. C. de iudiciis sententia communiter recepta comprobatur: *lites non ultra triennii metam protrahendas esse censet imperator: quamquam autem lis ab instantia distincta est, ita ut lis ipsam petendi causam ac vim, instantia modum eius in iudicio significet y) lis tamen in laudata lege, uti etiam in aliis legibus z) pro instantia sumitur: quod apparet tum ex ipsis verbis legis, ab observatione iudici*

D 3

y) HUBER praelect. ad D. L. VI. tit. 1. §. 27. p. 716.

z) l. 18. §. 4. D. de dolo malo.



*cii partem fugientem volumus relaxare, tum ex legis mente ac ratione: Scripta est enim, vt negligentia alterutrius litigantium partis, nec non iudicis debitis coerceatur poenis: quum e contrario l. vlt. faepius laudata solum actorem respicit, eumque iure priuari vult, quod in iudicium deduxit quidem, sed postea legitime non persecutus est. Porro manifeste distinguit l. 13, an actore contumace, sententia ex iis pronunciari non possit, quae haecenus actitata sunt, vel fecus; priori casu actorem solummodo in expensas litis condemnandum esse, censuit quidem imperator: hoc casu vero, sententiam latam, qualiscunque ea sit, litem terminare, et ius actoris, si quod habuerit, perimere. Quo faciunt verba a): Sed actor contumax cadet omnino de lite, si reus absoluitur, sin vero aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putauerit fugitiuus, nullo modo iterum eandem litem resuscitare concedimus. Priori igitur casu, si sententia non proferatur, omnino lis, refusus expensis resuscitari potest ab actore.*

*Denique iam ante l. vlt C. de praescript. XXX vel XL. annorum, tempora, instantiis finiendis, praefinita sunt: Sed accuratius demum definita in ipsa l. 13. de iudiciis; non est igitur, quod credamus,*

IVSTI-

a) §. 2. d. l.



IVSTINIANVM hac lege, antiquiorem sanctionem de praescriptione litispendentis quadragenaria abrogare voluisse.

§. II.

*Vsus praescriptionis quadragenariae 2) secundum ius canonicum.*

De *iuris canonici*, quoad hanc rem, dispositione pauca adhuc est differendum. Plurimi enim interpretum lectoribus persuadere cupiunt, mentem HONORII III. pontificis fuisse *c)*, ut abrogaret iuris ciuillis legem et tolleret, qua de instantia intra triennium finienda sancitum est: accuratiores vero annotauere, rescripto illo contineri mandatum speciale, delegato pontificis datum, quod ultra eius terminum extendendum non sit *d)*. Accedit, quod iure canonico, fatale vnius anni iure ciuili finiendae appellationis instantiae praescriptum *e)*, diferte agnoscitur, et confirmatur *f)*.

Quae

*c)* in cap. 20. X. de iudiciis.

*d)* DEKHER in vindiciis ad BLVM. tit. XXV. n. 77. p. 175. STRYCK. vsus modern. ff. l. 5. tit. I. §. XV. p. 451.

*e)* Auth. ei qui l. vlt. §. 4. C. de tempor. appell.

*f)* cap. 45. med. X. de appellat.



Quae eum ita sint, id solummodo quaeri potest, an ut lis pendens per XL annos ab actore omilla, praescriptione perimatur, perpetua rei bona fides necessaria sit. Eandem distinctionem equidem hic utendam esse puto, quae BÖHMERO g) lecto eximio, in doctrina de praescriptione actionum personarum placuit: si nempe cum actionum praescriptione, rei eiusdem acquisitio coniuncta sit: bona fides perpetuo adesse debet: secundum ea, quae hanc in rem a pontificibus constituta sunt, *ut is, qui praescribit, nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienae h): et possessor malae fidei ullo tempore non praescribit i)*; si vero, de extinguenda actione personali, absque acquisitione certae rei, sermo sit, perpetuam bonam fidem neque ex placitis Pontificum requiri puto. Tam variae vero, tamque discrepantes doctissimorum virorum in hoc iuris argumento sunt sententiae: ut, eius principia paulo altius repetere, et accuratiori disquisitione illustrare, a scopo libelli nostri, omnino alienum esse videatur k).

Quo-

g) in iure ecclesiastico lib. II. t. 26. §. 55.

h) cap. fin. X. de praescript.

i) c. 2. de R. I. in 6.º.

k) vide, qui doctorum varias sententias refert, RAVIVM de praescript. p. 195, edit. EICHMANNI, CRAMER observ. T. II.

P. II.



Quomocunque autem hanc quaestionem decidendam esse existimaueris, persuasum tamen mihi habeo, per litiscontestationem malam fidem non induci, ideoque praescriptionem litispendingis iure canonico plane non impediri *l)*, quum non absolute in mala fide sit, cui lis mouetur bonae fidei possessor, sed teneatur tantum domino ciuilitate tanquam malae fidei possessor *m)*.

P. II. p. 428. PUFFENDORF. P. I. obs. II5. BECMANNORVM  
Consilia et Decisiones. T. I. Resp. VII. p. 149. 151.

*l)* BRUNNEMANN ad C. I. VII. tit. XXXIX. ad l. ult. p. 645.

*m)* quod argumentum in docta commentatione exposuit laudatus iam D. HASSE de litiscontest. an et quatenus bonae fidei possessor per eam in mala fide constituatur §. 14. p. 28. sq.



## CAPVT III.

DE VSV PRAESCRIPTIONIS LITIS PRAESER-  
TIM HODIERNO IN SVPERMIS IMPERII  
TRIBUNALIBVS.

## §. 12.

*Praescriptio litis, cessante eius caussa, non currit.*

Rationem, quare IVSTINIANVS omnem in iudicium deductam actionem, quadraginta annis omissam, praescriptione excludi, fanciuerit, supra quidem iam occupauimus (§. 7.); acturi vero de vsu eius, atque auctoritate, caussam, quam cum omni praescriptione et vsucapione communem habet, paulo accuratius adhuc explicabimus. Quae quidem in vniuersum eo continetur, vt negligentia eius, qui ius suum persequi omittit, ob salutem publicam coercenda, et aliquis litium finis sit *n*): cui accedit tamen vsucapionis speciale aliquod fundamentum, quod cum in fauore eius, qui bona fide, et iusto titulo rem detinuit, tunc in praesumta dominii derelictione positum esse videtur. Ob vtramque igitur rationem iure antiquo et contra  
impe-

*n*) L. 5. D. pro foc. L. 2. pr. D. de aqua et aqua pludia arc.



impeditum, licet impedimentum ex iure prouenit *o*), currere debuit *p*), et contra completam restitutio in integrum ex capite ignorantiae est denegata *q*), nisi iustissima ignorantiae causa interuenerit *r*). Ast praescriptio, qua actio intentata excluditur, ei solummodo opponitur, qui experiundi potestatem habuit *s*) ideoque legitime impedito non currit *t*). Quae et in praescriptione litis quadragenaria attendenda sunt, omniaque ex eo repetenda, an vera negligentia eius adsit, cum quo lis agitur *u*). Quo posito principio, aliis nimis generalibus et vacillantibus, v. c. quod quadragenaria praescriptio semper odiosa iure nostro habeatur *x*), commode carere possumus. Neque

## E 2

opus

- o*) L. 26. a. et 7. D. ex quibus causis maiores v. g. si magistratus copia non fuerit.
- p*) L. 26. §. 2. ex quibus causis maiores.
- q*) auth. malae fidei C. de praescript. longi temporis.
- r*) L. 15. §. 5. D. quod vi aut clam L. 1. §. f. D. quod falso tutore.
- s*) L. 1. D. de diuersis temporibus praescript. L. 5. §. 6. D. de doli mali et metus except.
- t*) L. 1. f. C. de annal. except. Auth. nisi trienn. C. de bon. mater.
- u*) MEVIUS Decif. VIII. D. 459.
- x*) Idem l. c. VIII. D. 55. n. 24. 35.



opus est, vt ad singula caussarum genera descendamus, quibus efficitur, vt praescriptio litis vel ad tempus suspendatur, vel si perfecta iam sit, sententia iudicis rescindatur; habet enim illa causas has communes cum aliis praescriptionibus, quae sub eodem genere *praescriptionis extinctivae* comprehenduntur; non currit itaque contra pupillos *y)*, contra absentes ex iusta causa, aut penes quos alias non stetit, quo minus ius suum persequerentur, v. c. qui ignorantia invincibili excusantur *z)*. Iam autem earum causarum species paulo accuratius definienda est, quando nimirum propter iustitiam, litis praescriptio procedere nequit. Quodsi enim in totum iudicia sint clausa, et copia iudicis plane deficiat: praescriptionem litis non interrumpi quidem, verum suspendi, cum ex natura rei, tum ex argumentis legum *a)* abunde constat. Neque aetori aequus harum rerum aestimator imputabit, si durante iustitio aliis remediis ad sistendum cursum praescriptionis licitis, v. g. remedio protestationis *b)*, siue etiam *ἀνρόδινια*, quae illo tempore

*y)* CUIACIUS observ. l. 18. ob. 26.

*z)* BOEHMER consult. et Decis. Tom. I. P. II. R. 96. p. 441.

*a)* L. 26. §. 4. D. ex quibus causis maiores. C. 10. X. de praescript.

*b)* L. 2. C. de annali exceptione.



pore impune exercetur c), vsus non fuerit. Quum autem, si non omnis quidem copia iudicis deficit, ita, vt nihil amplius peragi possit; fieri tamen ob varias causas potest, vt facultas iudicem expediendi, magnis iisque publicis impedimentis ac difficultatibus prematur: nec tunc litis praescriptionem procedere, et rationi eius introductiuae, et legum iam laudatarum argumentis consentaneum esse videtur. Sic, vt ad exempla descendamus, hostilitatis tempore, quum iudicem conuenire non semper liceat, nulla litis praescriptio currit, etsi verum iustitium non adsit: quod expressisse videtur LVCIVS III. PONTIFEX hisce verbis d) *decimas et oblationes, cum aliis obventionibus memoratae matrici ecclesiae, praescriptione hostilitatis tempore non currente, restitui faciat*. Idem et in concilio HISPALENSI placuit e): *non enim erit obicienda praescriptio temporis, ubi necessitas interest hostilitatis*. Quo etiam referenda est sanctio R. I. N., f) vt actio creditoris, praescriptione belli tricennalis

E 3

tem-

c) I. H. BOEHMER Diss. de eo quod iustum est durante iustitio. c. II. §. 10. II. p. 27. sqq.

d) in cap. 10. f. X. de praescript.

e) can. 13. caus. 16. Qu. 3.

f) §. 172.



tempore completa, non excludatur g): notissimum autem est, per illud tempus iudicia perpetuo non siluisse.

§. 13.

*Causa praescriptionis cessat, si inter litigantes iudex ius dicere nequit.*

Nonne vero iustitio status ille proxime accedit; quum iudex quidem adfit, sed vel propter turpem negligentiam, aut alias mentis prauas cupidines nolit, vel propter multitudinem causarum, quae in iudicium deducuntur, non possit inter omnes ius dicere? In utroque casu iniquum sane foret, si lis ob temporis lapsum, nulla litigantium culpa, perempta esset: et altero quidem scelus iudicis, quod ad perniciosissima reipublicae pertinet; duriori aliqua poena merito vindicanda est: altero vero, malum, quod ex ipsa reipublicae administratione, causam atque originem trahit, iudici vitio verti nequit, et in hac vltima specie subsistamus, ac paulo accuratius declaremus, praescriptionem litis quadragenariam supremorum imperii tribunalium stylo nec conuenire, nec facile accommodari posse, quod sine negligentia litigantium, propter multitudinem  
causa-

g) Doctorum sententias laudatam constitutionem illustrantes optime refert HENRICVS HUYSSSEN in Diss. de iustitio. Argentorati 1689. habita cap. II. §. 25. sqq. p. 50.



causarum, quibus illa angustissima iudicia obruuntur, lis in saecula protrahi possit. Si igitur his finibus nos contineamus, nemo impudentiae aut temeritatis nos accusabit.

§. 14.

*Multitudo causarum, quae in supremis imperii tribunalibus pendent.*

Quod autem hic pro certo ponimus, foecunditatem ac copiam litium in illis iudiciis superare ultra quam facile aestimari potest, omnem iudicum diligentiam, quilibet, qui in his scientiis plane non hospes est, nobis largietur. Cuius rei causae ab aliis iam satis explanatae sunt *b)*: nec nostrum nunc est eas disquirere. Quod in specie autem ad augustissimum camerae iudicium attinet: peracti temporis

*b)* Nominare sufficit Perill. RÜTTER in der Patriotischen Ab- bildung des heutigen Zustandes beyder höchsten Reichs- gerichte: und von der Sollicitatur am Cammergericht 1768; de prolixitate lites in camera pertractandi, agens, grauius quidem, sed vere dixit DECKHERVS in vindiciis tit. I. n. 20. in fin. neque sane aliter fieri potest in statu, vbi quisque suis moribus, sibi, suaeque vtilitati conuenientibus vivere fatagit, et vel infimus quisque quasi precario sibi datas leges ad suum libitum obseruandas vel secus, executione deficiente, et poena, magno suo publicaeque rei, modo statuere ausus est.



poris testem habemus locupletissimum, DECKHERVM i), solertissimum illum iuris cameralis perscrutatorem, et solius veritatis amatorem, qui impossibilitatem obtinere ait, quo minus a paucissimorum iudicum ordine innumerae lites deciderentur: *futuri quoque saeculi laboribus, etsi forsam novae non affluerent, suffecturae.* Nec sane post DECKHERVM nostris temporibus res aliter se habet: crescit in dies litium in camera imperiali multitudo: et quamquam iurisdic-tio supremorum tribunalium privilegiis de non appellando varii generis recentiori tempore, magis-magisque circumscripta, in camera imperiali autem nostra memoria numerus assessorum ad XXV. ad-auctus, tunc accuratius turnus in referendo obseruan-dus, definitus, denique variis legibus contra aduo-catorum et litigantium calumnias, quae usu antea obtinebant, cautum est: nihilominus tamen litium, quae quotannis in iudicium camerale deducuntur, ultra alterum tantum maior est numero earum, quae definitiva terminantur sententia. Cuius rei probatio-nem optime dedit Perill. PÜTTER k), fide earum, quae in camera quotannis geruntur: ex quibus apparet,

ab  
 i) In vindiciis pro veritate et iustitia rei iurisque cameralis  
 tit. XXV. n. 77. P. 127.

k) Von der Sollicitatur am Cammergerichte. S. 2. ff.



ab anno 1753 vsque ad annum 1767 fingulo fere anno, 227 nouas lites in camera receptas, neque tamen vltra 150 lites definitiua finitas esse sententia. Subsequentibus annis inde ab anno 1768 vsque ad annum 1777, ideoque intra nouem annos 882 appellationis processus solummodo decreti sunt *h*), ita, vt in singulum annum 98 fere numerare possis. Eandem fere proportionem inter lites in camera imperiali inchoatas, et sententias ibi pronunciatas, vltimis abhinc annis fuisse, ex indice decretorum, calendariis, quae WETZLARIAE quotannis prodeunt, adiecto, discimus: secundum sequens schema.

	Mandata		citationes		Appellatio- nes		Summa		Sententiae defi- nitivae.
	de- creta	dene- gata	de- cret.	de- neg.	de- cret.	de- neg.	de- cret.	de- neg.	
1777									
1778	57	36	15	3	90	61	162	100	126
1778	46	19	32	1	79	58	157	78	124
1779									
1779	44	28	23	2	70	53	137	83	85
1780									
1781	38	64	15	2	93	90	146	156	153
1782									

Ex

*h*) vid. STARR. de summa appellabili in deferendis ad summa imper. tribunal. prouocat rite aestimanda p. 2.

F



Ex quo patet, singulo anno, si ab ultimo discesseris, numerum litium inchoatarum maiorem esse numero sententiarum latarum, inter has vero etiam referuntur v. c. anno primo 31 paritoriae simplices, 2 mandata de exequendo, 8 ordinationes, secundo 32 paritoriae simpl. 7 mandata de exequendo, 15 ordinat. tertio anno 26 parit. simpl. 8 mandata d. e. 14 ordin. quae omnes vel vim definitivae non habent, vel huic iam latae solummodo accedunt; si illas autem cum reliquis computaveris, intra quatuor annos 488 sententiae latae, lites vero inchoatae 602 sunt, siue singulo anno 122 sentent. et 150½ lites. Mathematica igitur demonstratione evincere possumus; singulo anno iudicium camerale lites XXX plures accepisse, quam terminasse: intra 40 annorum spatium igitur, in 1200 causis saltem, cognitio iudicialis non processit. Ac certissime superiori aetate, intra XL annorum spatium 2400 causarum decisionem caruerunt. Quae quum ita sint, cui incredibile videtur, quod relatum legimus *m*), iam ante Pacis Westphalicae tempora numerum causarum, quae nequidem in iudicio rite propositae erant, L. millia excedisse. Quare pertractationem litis in iudicio camerale cum vna fortunae ingeniose comparat Perill.

*m*) MEIER acta P. W. T. III. p. 316. PÜTTER l. c. p. 4.



Perill. RÜTTER n); non solum autem *sollicitationis* apud iudicem negotium inde enatum est, sed etiam ipsis legibus singulare privilegium nonnullis causarum generibus ac personis concessum est, ex quo reliquis iure quodam potiori in decisione obtinenda anteferuntur: veluti ac in concursu creditorum, nonnulli spe debitum accipiendi ob inopiam debitoris, exci-  
dant, necesse est.

Quamquam vero varias ab causis non eadem, uti in camera imperiali, prolixitate lites in iudicio imperiali aulico pertractantur: neque indices nobis ad manus sunt, ex quibus litium multitudinem noviter exortarum cum numero sententiarum definitivarum accurate comparare possimus: inter omnes tamen huius rei gnaros constat, protelationes litium illic adeo infinitas esse, ut causae, quae primis illius iudicii temporibus iam agebantur, usque ad nostram memoriam legitimo exitu adhuc caruerint.

§. 15.

*Sollicitationis inuentum, ut lis ad finem perducatur, frustra a litigantibus plerumque adhibetur; interdum eo uti non possunt.*

Quae quum ita sunt, indubitatum quidem, verum dolendum in re iudiciaria imperii Romano-Germanici

F 2

axioma

n) l. c. p. 5.



axioma videtur: fieri non posse, vt iudex inter omnes in supremis tribunalibus litigantes ius dicat, opemque cunctis iniuria oppressis afferat. Quare praescriptio quoque litis ibi procedere nequit: quemadmodum illa non currit, quando iudicia quidem exercentur, sed itinera v. c. ob hostilitatem sunt infesta.

Nihilominus tamen in augustissimis quoque illis tribunalibus quam maxime negligentia vel culpa litigantium fieri videtur, causam ad finem non perduci, vel quod ante eius conclusionem factam, ea, quae ipsis peragenda erant, haud peregerint litigantes, nec contumaciam forte aduersarii rite accusarint, vel quod post conclusionem iudicem more solito non sollicitarint, vt in causa decernat: lis enim post conclusionem, nulla litigantium mora praetermissa, praescriptione vt iam supra annotatum est, nec ex iure Romano perimitur. Quae si quis aduersus nos disputat, vereor, vt is rem imperii iudicariam rite perspectam, cognitamque habeat. Primum enim absolum omnino videtur, quod iudex, quum opem afferre cunctis litigantibus non possit, precibus tamen defatigandus ab iis sit, ne negligentia quid omisisse videantur; horrendum autem monstrum, quod sub nomine *sollicitaturae* venit, no-  
vas



vas inde vires reciperet, et ingentiora pristinis, mala ederet.

Teste enim PÜTTERO o) litigantes, quae per annum in camera nunc sollicitant, plures quam mille sunt: ex quibus nequidem decimus quisque fati sui compos fieri potest. Quibus, si eodem numero accederent omnes, qui ne lis in camera coepta praescriptione intra XL. annos pereat, cauere debent: inde euenturum esse, credendum est, vt iudex sollicitantes audiendi labore fatigatus, pauciores adhuc quam antea causas finali terminaret sententia.

Sollicitatio porro, qua tantum vt praescriptio non currat, efficitur, quum per se iam infructuosa sit, atque incongrua, id habet adhuc incommodi, quod singuli status ea vti, vel ob ipsam rei impossibilitatem, vel ob propriam saltem vtilitatem prohibentur. Quod ad primum attinet, neminem in rebus germanicis aliquatenus versatum fugere potest, litium in supremis imperii tribunalibus nonnullorum statuum, tantam copiam, et tam multas earum a seculis abhinc inceptas esse, vt ministris principum omnino indulgendum sit, si nequidem accuratam omnium

F 3

litium

o) l. c. p. 8.



litium indicem confici curarint, multo minus accuratam earum speciem animo informarint. Factum vero est nostra memoria, vt haec res omnibus innotuerit. Quum enim sub initium visitationis cameralis nouiffimae IOSEPHVS II. imperator omnibus in imperio publice ediceret, vt causas accurate indicarent litigantes, in quibus interpositum reuisionis remedium persequi uellent: omnes maiores fere status contradicere, se excusantes, quod intra tempus praefinitum res illa perfici non possit. Tum uero, se omnes et quascunque reuisiones forte interpositas, saluas esse uelle, litteris significarunt q).

Quo

q) v. c. *Ihro Koenigl. Majestaet* in Preussen haben als Churfürstl. Durchlaucht zu Brandenburg durch dero Anwald Doctorem von RVLAND schriftlich anzeigen lassen, wie Hoehchstdieselben zwar nicht glaubten, daß wegen der Kurlanden und andern Proviuzen annoch Sachen bey hiesigem hoechstem Reichsgericht vorhanden, welche in reuisorio zu eroertern waeren. Fals iedoch sich dieserhalben annoch Reuisionsfachen ins Künfrige finden würden, so wollten solche *Ihro Koenigl. Majestaet* nicht deseriren, sondern auf alle Weise beybehalten haben.

Eodem modo Kur Braunschweigisches Lüneburgisches Ministerium zeigt durch ein Schreiben d. d. Hannover vom 22. Jan. 1767. die Entschuldigungsursachen an, warum in

Zeit



Quo omnino autem efficitur, vt si litium, quae tamen ob contrariam acceptam sententiam, interpositumque reuisionis remedium, eminentiores olim factae, nulla fere memoria extiterit, multo magis adhuc fieri possit, litem in camera imperiali per temporis decursum, variosque ab casus adeo in obliuionem venire, vt licet non sollicitauerint, litigantes tamen eam omisisse vel dereliquisse non videantur. Quo posito vero, praescriptionis poena procedere nequit. Vnicum solummodo exemplum afferamus: in caussa haud ita pridem terminata coenobii *Michaelsteinensis* contra *Hassiae*

Zeit der gesetzten 4 Monate, weder diejenige das Kurhaus zu Braunschweig Lüneburg und dasige Laender betreffende Reuisionsfachen, welche man fortgesetzt, und erlediget haben wolle, angegeben, noch auch die etwa ruckstaendige grauamina eingebracht werden koennen.

Ihro Fürstl. Gnaden zu *Würzburg* haben durch ein an das Kaiserl. Cammergericht, unterm andern Marz. 1767. erlassenes Schreiben die Entschuldigungsursachen fürgebracht, warum die dero Hochstift. betreffende an dem Kaiserl. Cammergericht von alten Zeiten her noch in reuiforio obsehwebende caussae für ietzo nicht specificie bemerket werden koennen; zugleich jedoch mit der Erklaerung derley Reuisionsfachen fortsetzen und führen zu wollen.

S. v. BALEMANN'S Visitationschlüsse, die Verbesserung des Cammergerichtl. Iustizwesens betreffend. f. 294. sqq.



*Hassiae Londgrauium Hamburgensem*, hic ad cameram 1687 appellauit: acta primae instantiae iterata vice omiſſa sunt: donec tandem 1736 post *quadraginta nouem* annos tertium exhiberentur: omiſſa postea lis 1756 noua citatione demum reſſumta est.

Accedit porro alterum, quod vtriusque litigantis saepius interſit, vt lis, quum ſententia definitiua terminari non poſſit, per tempus aliquod quieſcat, nec cognitio aut ſollicitatio in ea procedat; vel quod neceſſitate, amicitia, aliove vinculo coniuncti, vel quod cauſſae ſpecies, ita comparata ſit, vt eius deſiſio futuro tempori melius referuetur. Nominaffe, vt ea, quae dixi, exemplo illuſtrem, ſufficit, controverſiae in permultis territoriis agitatae, de ſimultaneo religionis exercitio, de exemptionibus ſiue immedietate, aliaue plures; quae quidem v. c. prius nominatae, aequo et placido principe regnante, aegre ſollicitatione aliqua reſuſcitantur, omitti tamen ob futurae tempeſtatis incertitudinem nequeunt. Aut in territoriis eccleſiaſticis, recorderis, quaefo, litem per ſecula interdum ob regiminis varias viciffitudines plane intermitteri: ne res exemplo careat, principes Bauarici archiepiſcopatum Colonienſem inde ab anno 1583 vsque ad a. 1761 tenuere: ſingas, vt factum eſſe ſcimus, controverſiam iis cum Palatinis eſſe, ex qua ſi hi victores



ctores discefferint, opes illius familiae ac terrae insigniter augmentur. At, obiicias, ecclesiae ob damnum culpa rectoris acceptum restitutio in integrum non denegatur. Respondemus: culpam a rectore directe in eiusmodi caussa, commissam esse, aegre probatur: praeterea autem, litem a saeculis inde omissam intra quadriennium, quod ad impetrandam restitutionem in integrum praefinitum est, successor vt excitaturus sit, exspectari vix potest.

§. 16.

*L. fin. C. de praescript. XXX vel XL annorum in supremis imperii tribunalibus in usu non esse probatur.*

Quae, aliaque plura in republica Romana, quum lex de praescriptione litis quadragenaria ferretur, ita non obtinuerunt: quare mihi persuasi, illam legem in supremis imperii tribunalibus, ob mutatum reipublicae statum usu hodie venire non posse. Quamquam autem haud leuem rem eum agere satis scio, qui singularis legis, quae in collectione legum in complexu, vti aiunt, apud nos recepta, exstat, non usum idoneis argumentis probare satagit: quum ea res, si qua lex reipublicae nostrae institutis propriis non in to-



tum aduersatur, sit facti, ac consuetudinis instar probanda; recteque igitur ac vere DECKERVM 1) de usu fatalis vnus anni, finiendae appellationis instantiae praefiniti, sententiam ferentem, dixisse puto: "quanta praesumptionis res, de usu omnium iudiciorum attestari, quam illa consuetudo, illi usus sint facti, adeoque probandi: et quidem difficillime probentur, immo plerorumque notitiam effugiunt": quamquam porro cum aliis ex eo quod legis ratio cesset, temere concludere haud ausim, ipsam legis dispositionem etiam cessare: tamen in casu, quo versamur, legis saepius laudatae non usus, ex iustis ac legitimis rationibus, uti equidem putarem, affirmatur.

Qua in disputatione vero ultra stylum supremorum imperii tribunalium non progredimur; bene memores

1) In vindiciis pro veritate ac iustitia tit. XXV. n. 77. p. 1761. qui hanc in rem praecidium vetus camerale de 14 sqq. affert. I. Z. u., moegen oder wollen die genannten, vor fünf oder so viel zu Recht Noth ist, beweisen, das die Satzung des Rechten der Endung der Instanz in dreyen Jahren, durch gemeine Uebung und Brauch abgethan sey, das soll gehoeret werden.



mores eius, quod iterum DECHERVS recte monuit s):  
*et si in his supremis iudiciis, infinita causarum multitu-  
 dine obrutis, commiueri debere ineuitabilis necessitas iubeat,  
 id tamen ad inferiora deriuari, negat boni publici ratio.*

Primum pro nostra sententia argumentum, ex  
 iis quae supra adduximus petere licet; ratio enim,  
 quae legem de praescriptione litis quadragenaria olim  
 suafit, quod nempe lites immortales non essent, quum  
 homines mortales, et negligentia eius, qui litem se-  
 mel incoeptam, per casus ineuitabiles non praepedi-  
 tus, intra quadraginta annos perfequi cessauerit, coer-  
 cenda videretur, hodie in supremis imperii tribuna-  
 libus non solum plane exulat; sed vetat etiam boni  
 publici ratio, et singuli status commodum, ne  
 legis sanctionem ad illa iudicia accommodemus, quae  
 uti nunc quidem sunt, omnibus iudicando opem  
 ferre non possunt, nec litigantes igitur, absque  
 eorum culpa vel negligentia iuribus suis lapsu tem-  
 poris priuentur. Accedit et aliud huius causae in  
 vniuersum spectatae argumentum; quod nimirum,  
 quum generatim rei iudiciariae apud nos longe alia  
 facies sit, quam apud Romanos, ita ut ipse VVLTEIVS

G 2

affir-

s) l. c. p. 175.



affirmare non dubitauerit, in iure IVSTINIANO processus, quo hodie utimur, tenuia esse admodum vestigia; tum in specie varios in iure terminos, intra quos aliquid peragi, sub poena praescriptionis, leges iusserunt, praefinitos esse scimus, quorum nonnulli, ne dicam plurimi, in foris nostris haud dubie hodie non obseruantur *t*). Testantur v. c. omnes, fatale finientiae appellationis instantiae, in inferioribus iudiciis non obseruari, et vna omnium fere, immo ipsius DECKERI licet hac in re valde reluctantis, sententia est, litis instantiam in camera non triennio, et vti BRVNNEMANVS *u*) putat, ne quidem triennio terminari posse: vti e contrario nec opus est hodie, triennii finem expectare, antequam in contumaciam procedatur, quemadmodum IVSTINIANVS in l. 13. C. de iudiciis statuit *x*).

Quum igitur termini vsu hodie sublatis sint, qui cum illo praescriptionis litis intra XL. annos, cohaerere quodammodo videantur: temeritatis nota in eorum iudicium non incurret, qui ex modo lites in su-  
pre-

*t*) Catalogum eorum v. apud Voetium comm. ad D. l. 44. tit. 3. n. 6.

*u*) ad Cod. lib. III. t. 1. 13.

*x*) FVFFENDORF in obs. T. III. p. 615.



premis imperii iudiciis pertractandi, styloque eorum iudiciorum, non vsum sanctionis de litis praescriptione affirmare nituntur.

Tum vero ex sententiis cameralibus apud CAME-  
RVM *y)* constat, litem in camera coeptam, praescri-  
ptione XL. annorum exclusam non fuisse: nec vnquam  
illius praescriptionis exceptionem, vfu in illis iudiciis  
obtinuisse, apud scriptores camerales legere memini-  
mus, ex quo eo magis argumentum pro nostra causa  
peti licet, quod saepissime haud dubie in illo iudicio  
euenire verosimile est, vt XL annorum tempus, ex  
quo nouissima processit in causa cognitio, postquam  
vtraque pars cessauit, praeterlapsum sit.

Ex iudicatis quidem cameralibus non vsum  
legis probandum solummodo non esse, constat inpr-  
mis ex iis, quae post DECKHERVM *z)*, hac de re egre-  
gie a PÜTTERO *a)* disputata sunt: quum vero causae  
G 3 cuius-

*y)* in obf. iur. vniu. T. II. P. I. obf. 445. p. 12.

*z)* in iudiciis tit. II. n. 24. p. 28. sqq.

*a)* in diss. de iure et officio summorum tribunal. circa inter-  
pretat. legum imperii §. 32. in opusculis p. 216. sqq.



cuiusdam decisio, ob varias lētorum opiniones, variaque iuris argumenta, dubia sit, ac de ea in vtramque partem disputari possit: tunc sane locum habebit R. I. N. b) sanctio, qua assessores contraria imprimis praeiudicia euitare iubentur. Quibus accedit denique hoc nostro casu, ratio taciti siue praesumpti omnium statuum imperii consensus, eorumque ideo, penes quos et imperatorem, leges ferendi potestas est atque arbitrium. Quod argumentum si vnquam, hic sane procedet.

Quod, ne temere a nobis sumtum esse videatur; exemplo adhuc satis memorabili illustrabimus. Quum nempe nouissime WETZLARIAE essent, qui visitationis negotium peragerent, et assessor quidam publico iudicio conueniretur: incidit quaestio, an in processu criminali, *instantia* lapsu biennii, quod in l. 3. C. *vt intra certum tempus criminalis quaestio terminetur*, illis causis finiendis praestitutum est, hodie praescriberetur: sed exceptio peremptae instantiae criminali-

b) §. 136. So viel die — — Contrarietaeten und praeiudicia cameralia anbelanget — sollen die Assessores solche gegen einander laufende praeiudicia in alle Wege verhüeten helfen, und da sich dergleichen Faelle begeben werden, forderlich in pleno sich eines gewisses vereinbaren.



criminalis merito reiecta est a Dominis Visitatoribus c).

Nulli porro fere status, quibus cum aliis litigia haud sunt, quae inde a saeculis in supremis tribunalibus pendent. omnium vna igitur tantum sententia esse potest, ne lites per tempus aliquod omiffae, praescriptione pereant. Quarentibus autem, quare lex illa solemniter nondum abrogata sit, verbis respondemus, quibus summus LVDOLFVS quondam alia occasione vsus est d) *neque etiam, ait, quod tamen absque ambitione et detrimento dictum volo, omnes, qui legibus publicis componendis adhibentur, omnium circumstantiarum iudicii, cui lex fertur, sunt gnari, qui si in iudicio camerali ipsi confedissent iusto tempore, quandoque in nonnullis circumstantis aliter fuissent consulturi.* Praeterea nemo difficultates, quae in condendis imperii legibus hodie occurrunt, nescit.

Alia ratio quare legis final. C. de praescript. XXX vel XL annorum, in supremis imperii tribunalibus, nullus sit vsus, ab iis, qui superiore aetate rem

e) v. Perill. *кошн* institutiones iuris criminalis. §. 988. b. p. 673. edit. 4tae.

d) de iure camerali p. III.



rem imperii iudiciariam scriptis illustrarunt, reddita est e): quod nempe in supremo principis consistorio, cum ex iure Romano, tum ex iure canonico f), nulla currere debeant fatalia.

Quod peruersae rationis, quam doctissimi homines in accommodando iure romano ad republicae nostrae statum, olim secuti sunt, exemplum addere placuit.

e) v. GAIL de P. P. c. 9. n. 15. MYNSINGER cent. 3. obl. 44. n. 9.

f) quam in rem allegatur Auth. *sed et lis C. de tempor. appellat. nec non cap. pen. et ult. X. de iudiciis.*

T A N T V M.

THESES.



# THESES.

---

I.

*Testes de iure communi Romano praesentibus possunt exami-  
nari partibus.*

II.

*Transactio nec ab enormem laesionem rescinditur.*

III.

*Debitor chirographarius elapso biennio adhuc opponere potest  
exceptionem non numeratae pecuniae, suscepto onere probandi.*

IV.

*Partus ex sponsa illegitimus est.*

V.

*Sumptus studiorum in legitimam imputari nequeunt, licet po-  
ter eos in codice rationum annotauerit.*

VI.

*Haereditate vendita, in emtorem transit ius accrescendi.*

VII.



---

VII.

*Nec feuda ecclesiastica in dubio oblata, nec oblata regulariter  
foemina dici possunt.*

VIII.

*Legitimati per subsequens matrimonium non succedunt in feudis.*

IX.

*Id quod iusu perditum est, hodie condici nequit.*

X.

*Litis contestatio malam fidem non inducit.*

XI.

*Votum decisivum in comitiis, civitatibus imperii, non minus  
quam superioribus collegiis competit.*

XII.

*Is qui de iure disputat, haeres indignus non est.*

---











Göbinger, Diss., 1784 (1)

ULB Halle

3

002 274 68X









1784, 14

A5

DE  
PRAESCRPTIONE  
LITISPENDENTIAE

TVM  
GENERATIM, TVM IN SPECIE  
QVATENVS IN SVPREMIS IMPERII TRIBV-  
NALIBVS VSV SERVARI  
POTEST.

P. 469

DISSERTATIO INAVGVRALIS  
QVAM  
SVB AVSPICIIS REGIIS

CONSENTI  
G E O R G I O  
SVMMIS IN  
PRIVILEGIIS  
ERVDITISSIMO  
D A N I E L I  
VSTRIBUS  
T A  
BVS ET  
TIT  
T E

DIE V

Typis IO

